



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 23. Secundæ nuptiæ Catharinæ Anglorum Reginæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1436.

Comm. Pii
II. l. I.

bus inhumana prorsus crudelitate confosus; Regina etiam, quæ corpore suo Sicariis objecto mariti vitam servare conabatur, duabus plagis affecta fuit: Æneas Sylvius, quem Cardinalis S. Crucis et Eugenii Papæ mandato, ut conjici liceret in Scotiam decreverat, ut pacem Anglorum inter & Scotos conciliaret, ad fumendum de Regis Sicariis supplicium Scotos strenue animabat; quapropter hi omnes capitali sententia damnati sunt, ac præcipue inter eos Gualterus Comes conjunctionis Auctor inter tormenta, quibus solido triduo publice excruciatuſ est, ferrea candente corona capiti imposta per Ludovicum Rex omnium proditorum appellabatur; tandem vero animam dolorum efflavit. Rex Scotiæ antehac Filiam suam Margaritam, renitentibus nequiquam Anglis, Ludovico postmodum Gallicarum Regi nuptui dedit. Successorem regni habuit Jacobum II. Filium, qui nondum septennium egressus die vigesima septima Martii Rex salutatus est. Verum Scotia Rege nondum per ætatem sui juris facta, gravissimis malis divexata fuit.

§. XXIII.

*Secundæ nuptiæ Catharinæ Anglorum
Reginæ.*

*Maier Hist. In Anglia Catharina Regis Francorum
Fland. l. 16. Soror,*

Soror, Henrici V. Angliæ Regis vidua, de-
 functo viro (si Meyero fides est) illicito
 concubitu duos genuit Filios, Edmundum,
 & Casparum. Illa enim quemdam juve-
 nem, Ovinum nomine, cui regiarum ve-
 stium cura demandata erat, ob eximiam
 oris speciem insane deperibat, illumque
 demum in thori societatem feligebat, eo
 fine, ut ambo ejus filii ingenuis adscri-
 berentur. Si præfati Scriptoris testimo-
 nio credimus, Ovinus erat vilis admo-
 dum generis adolescens, scilicet Zytho-
 polæ filius. Ast Polydorus testatur, fu-
 isse illum patria Wallum, nobili genere,
 multisque virtutibus insignem, eique ge-
 nus suum ad antiquos Britonum Reges
 referenti Reginam primo occulte nupsisse,
 ac præter duos illos, de quibus diximus,
 tertium quoque filium necnon filiam ex
 eodem suscepisse, ex quibus hæc Religio-
 sarum habitum indisset, ille vero pari-
 ter Ordinem S. Benedicti ingressus in ju-
 ventute ultimum diem obiisset. Ovinus
 autem post Catharinæ obitum jussu Glo-
 cestriæ Ducis, Henrici Regis Patruï, Re-
 gnique Gubernatoris securi percussus est,
 eoquod per Reginæ connubium sangui-
 nem suum cum Regio miscere ausus
 esset.

Sæcul. XV.
 A.C. 1436.

Polyd. Virg.
 l. 23.

§. XXIV.